UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies Meditationibvs illustratæ

Paderbornæ, 1697

S. Jacob. Poenit. 28. Januarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62968

Visual Library

3. In externis actionibus, hæc duo potiſſim cura, ut Deo placeas, & hominibus ſis bono emplo; Omitte, quidquid fratrem tuum offend illius ergò mortuus eſt Chriſtus; tu verò, ut l ctus fiat frater tuus, vel tantulâ voluptate abſtin gravaberis? Domine ſi minùs idoneus ſim, concionibus doceam alios virtutem, bono ce exemplo illorum converſioni conſulam. *Effica vita, quàm lingua teſtimonium, habent & opera vo ſuam tacente linguâ.* Cyprian.

S. JACOB. POENIT

28. Januarii.

Sicut fuit ſenſus veſter, ut erraretis à Deo, decies tantùm iterùm co vertentes requiretis eum. **Baruch.**

HOminis, mi lector, ſpeculum cape, peccantis & pœnitentis, IACOBI inſpice. Hic poſtquam Anachoretes XL. mnino annos DEO militavit, miranda m ima patravit, trophæa de hoſte inferno tuit plurima; id ætatis vir à fœminâ dem triumphatur, & ab ea fœmina, in quâ ipſ cacodæmona non horruerat, imò è quâ ctum ejecerat. Huic itaque infœlix pri pudorem, mox vitam extorquet, & v

tertia

tertium ſcelus accumulaſſet deſperabundus & victum ſe mundo dediſſet, niſi à tam turpi fugâ ſanctiſſimi viri operâ DEVS retraxiſſet. Tum enim verò ad ſe redire IACOBUS ſepulchrum vivus ſubire, mortem ſuam vivus deflere in decimum annum uſque: cælo interim oculos nunquam attollere, vix ſemel aut iterum in hebdomade de herbulis veſci, quæ ad oſtium conditorii creviſſent. Ipſe certè Apoſtolus peccato mortuum dixiſſet. Sed nunquam pulchriùs ille vixit, quàm ſic mortuus. Nam ſuppliciis his ſpontaneis placatum Numen, diſertis verbis ex Epiſcopis nonnemini ſignificavit, beatum imbrem, quem tam anxiè, ſed necquicquam poſtulabant, non niſi ad preces IACOBI concedendum. Atque hoc aliiſq; ejuſcemodi miris, cùm iterum Orbi innotuiſſet, mori denique deſiit annos natus LXXV. habuitque novo more unum idem & domicilium & ſepulchrum. *Ex Surio.*

MEDITATIO

Inſtrumenta malitiæ fiant pœnitentiæ arma.

MAgdalena pœnitens *lachrimis cœpit rigare pedes* JESU, *& capillis capitis ſui tergebat & oſ-*

En omnia peccatorum inſtrumenta coëgit in obſ quium Chriſti. Oculos laſciviæ illices jam impl fontibus lachrimarum: capillos auro & gemmis i textos, jam pro peripſemate admovet abluend Chriſti pedibus. Unguenta, quibus delibuta fragr bat in odorem mundi, jam alabaſtro fracto eff dit in odorem ſuavitatis in caput, & pedes Chriſ

2. O ſi & tu, quod tibi turpiter exhibuiſti, j Deo laudabiliter offeras & quot in te habuiſti o lectamenta, tot de te invenias hololauſta, ut totu ſerviret Deo in pœnitentiâ, quidquid ex te Deu contempſerat in culpâ. Gregor. hom. 33. Exem plum deſideras? Iacobum hîc lege pœnitentem.

3. Si cum Iácobo pœnitente & Magdalena fle te, non potes decies plus requirere Deum per pœ nitentiam, quem offendiſti millies per peccandi l centiam; ſaltem tantundem pœniteas, quantu peccaſti; conſulente Apoſtolo Rom. 6. ſicut e hibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & in quitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete memb veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem.

S. FRANCISCUS SALESIVS.

29 januarij.

Diſcite à me, quia mitis ſum, & hu milis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Chriſtus. Matth. c. 11